



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cap. V. De distractione in orando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Somnium hoc; ead. m. ratione discutitur, sicuti plura alia eiusdem Baroni, nempe oculis vigilantibus percurrendo germanam nostri Authoris doctrinam.

2. TAMB. Num. 3. Duplex est, ait lib. 2. in Decal. c. 4. §. 2. n. 3.) Præceptum de orando, idemque est de adorando Deum. Alterum naturale, quia præciso quocumque Præcepto Ecclesia tenemur bona, quæ sunt nobis convenientia, procurare, & mala removere. Removere autem tentationes, multaque alia mala & procurare bona, maxime, supernaturalia; & præsertim perseverantiam in bono; non possumus nisi ea expectando, & imperando à Deo. Hoc naturale præceptum confirmatum fuit à præcepto Dei positivo: Deut. 6. ibi. Dominum Deum tuum adorabis, & ibid: Oportet semper orare, &c. & alibi. Alterum præceptum est Ecclesiasticum, quo obligamur assistere Sacro diebus festis; tunc enim omnes circumstantie una cum Sacerdote offerunt Deo Sacrificium, illumque adorant, & orant per orationes, adorationesque ab eodem Sacerdote exhibitas.

3. Docere, adesse præceptum naturale expectandi, & impetrandi à Deo, & adesse præceptum Ecclesiasticum, quo obligamur, assistere Sacro, &c. id negare est orandi præceptum? Sed pergit Tamburinus n. 4.

At quandocumque obligat prædictum naturale præceptum adorandi, vel orandi? Doctores modo citati varia tempora assignare conantur. Ego hic sentio, quod supra cap. 1. §. 1. à num. 8. dixi de præcepto Fidei, Spei, & Charitatis, non dari scilicet certum tempus, & determinatum, in quo directè obligat, sed esse illud, in quo obligat indirectè, quando scilicet urget necessitas alicuius boni acquirendi, vel mali, sententiationis avertende, quæ acquirere, vel avertere sine Dei auxilio nos non posse, tunc animadvertimus. Vide ibidem dicta, quæ hic maxime faciunt. Unde sequitur omittentem eo tempore orare, E. G. tempore tentationis gravis contra castitatem, non peccare, nisi contra castitatem, quia solum ex periculo violatæ castitatem, culpabilis est talis omisso orationis. Ita Lessius lib. 2. c. 37. d. 3. fine, apud Castrop. l. c. n. 6.

4. Dicit Tamburinus (obligat, quando urget necessitas boni acquirendi, vel mali avertendi) tu vero, Baroni, per negativam malignitatis naturæ dicis, eam ferè negare? Coniicio, te bonis valde esse cumulatum, te tentationibus non affligi, te nullum timere malum; ac propterea, cum oratione non indigeas, putas, nec illa alios fideles indigere. Sed pergit Author eodem n. 4.

5. TAMB. Verum tametsi sentiremus, directè hoc præceptum nos obligare, non est nobis in eo explicando diu immorandum, cum illud facile ab omnibus impleatur; quis enim tam perditus est, ut aliquando Pater & Ave Maria non recitet, vel alio modo auxilium à Deo non impleret?

6. Vel à perditis Author dicit servari hoc præceptum, & est, qui dicat, illum eiusmodi præceptum negare?

tentione orandi, etiam si ab illa intentione actuali cesset, adhuc oras; quia remanet voluntas orandi nondum retractata in ipso effectu, quo Breviarium legis.

Requiritur item attentio sive interna, sive externa, quæ triplex est ex S. Thom. 2. 2. q. 83. a. 13. ad Verba, ad finem Verborum, ad Deum.

3. Cum nulla attentione voluntariè orare, an sit mortale. Dixi satis Opusc. de Sacrific. lib. 2. c. 9. & infra c. seq. repetam. Saltem autem esse veniale, omnes supponimus, quia irreverentia tandem aliqua est, cum Deo loqui, alio mentem voluntariè divertendo.

Et de audiendo Sacro sic habet germana Tamburini doctrina.

4. TAMB. Num. 9. Nono? ait lib. 2. in Decal. c. 2. §. 1. n. 19.) desideratur attentio, & que communis questio cum attentione ad divinum Officium? Necessarium est attentionem internam, hoc est internam applicationem mentis ad Missam, vel Officium, sive ad verba, sive ad verborum sensum, sive ad Deum, docent communiter Doctores, Vasquez, Sanchez. Sui innumerique alij citati à Diana p. 3. de Horis Can. ref. 2. vide etiam p. 3. tr. 4. ref. 101. ubi de Missa. Oppositum, id est, solam externam satis esse ad evitandum mortale, docuerunt antiquiores multi. Sylvest. Duran. Medina, S. Anton alique, quos refert Diana. Ex recentioribus Coninch. Gasp. Hurad. Dian. & probabile vocant Less. Henrig. Victorel. Laym. Novissimè de iure Io. Delugo de Euchar. d. 2. scilicet 2. n. 27. prædictis citatis, optimis rationibus id confirmat. Unde & ego, sicut in Opusc. 3. de Sacro Missæ l. 2. c. 3. ita hic idem probabile iudico.

Hac autem externa attentio consistit in negatione distractionis externa, id est in negatione eius negotij, vel occupationis externa, quæ ex se distractiva sit mentis ab auditione Missæ; quale esset, v. g. velle Historiam legere, confabulari, ludere, depingere, scribere, & similia.

Ratio potissima huius probabilis sententia est, quia salsum assumunt adversarij, dum contendunt, actualem internam attentionem esse de substantia orationis, inde cum Ecclesia præcipiat orationem, necesse est, præcipere etiam dictam attentionem; salsum inquam, id est, quia omnes facere oportet absque ea posse consistere orationem.

Patet id in forma Extrema Vnctionis, quæ est substantialiter oratio, & tamen si Sacerdos sive voluntariè, sive involuntariè distrahitur, adhuc conficit Sacramentum. Signum est igitur, substantiam orationis non dependere in suo esse ab actuali attentione. Patet iterum, quia, orare, est loqui cum alio, ac certè ego tecum loqui possum, licet non attendam, ut esset si ex scripto, vel verbis memoria traditis, tecum agerem, imò & cum Rege, & cum Principe, interim aliquid aliud cogitando. Patet denique in eo, qui ex scripto, vel sive interna mentis attentione loqueretur cum excommunicato vitando; vel professionem in Religione emitteret. Nam & ille in excommunicationem incideret, & hic veram emitteret professionem; si intendisset ille loqui, & hic emittere. Aliud enim est intentio interna, quæ omnino est necessaria, de qua locuti sumus num. præc. & sufficere virtualem diximus in Opusc. de Sacr. Missæ lib. 2. c. 1. §. 2. aliud attentio interna (quam non esse sub mortali, esto sub veniali, supra lib. 2. cum de orat. &c. necessarium, hic affirmamus.) Cum enim ex dictis attentio actualis interna non ingreditur orationis essentiam; unde certo habes, Ecclesiam, quotiescumque orationem præcipit, præcipere & attentionem? Nisi certo habeas, non debemus tam gravis legis certo fidelibus impendere.

Alia minora in hanc rem, præsertim vero oppositorum solutiones vide apud citatos.

6. Iam vero cum tot insignes Doctores hanc amplectantur sententiam (sed cum illa additione de attentione externa, & item de peccato veniali, quæ tamen Baroni, alto præteritis silentio & non vides, liberè non permitti, id quod sub peccato, quamvis veniali, prohibetur

CAPVT V.

De Distractione in orando.

1. BARON. IV. ET inter orandum liberam mentis distractionem (Tamburinus) permittit, etiam dum interis Sacro.

Producamus germanam, integramque nostri Authoris doctrinam.

De intentione & attentione in orando.

TAMB. Num. 7. Nisi intendas, orare (ait lib. 2. in Decal. cap. 4. à n. 7.) licet orationem ore fundas, vel memores voluntas, orationem Deo non pergis; satis tamen est voluntas implenda, seu virtualis: quare si Breviarium legas, v. g. ut studeas, non oras, ut si Breviarium legis cum intentione

betur quod aliqui sunt de tui præstantissimi Ordinis familia, cui in unum Tamburinum, tanquam in unicum tuum feriens scopum collimas? Miserum me, cuius Praceptor, quia extollitur à Theophilo æmulo, ut putas, tuo, in tam gravem incidit invidiam! Si Theophilus aliquid contra vestrum Ordinem deliquerit, ad me decern, nequaquam pertinet. Pertinet vero toti Vestro Sanctissimo Ordini enarrare id quod vestri venerabiles Patres, qui Caltanissetam Siciliae civitatem, Patriam mei Praeceptoris, & meam, paucos ante annis, incoluerunt, satis norunt; quanto scilicet animi affectu Tamburini Patres, eiusque Familia in Patres Dominicanos ferebatur. Ea, nemine Agatha Tamburini, nobilis Matrona, neptis Baronis Micinae, relicta Vidua, pene iuvenis habitum Sororum Dominici assumpsit, eodemque humili, sed ipsi gratissimo vestimento induta, eiusdem Ecclesiam per annos fere triginta Patrum vestrorum familiaritate semper usa est, ac tandem in eodem habitu sanctè obiit. Quid ergo adversus eius filium, quem Thomam nominari in obsequium S. Thomae Aquinatis etiam Mater soluit, tam severè agis, Baroni? id ne gratus tuus animus permittit? At dies. Hæc ignorabam. Respondedo. Ideo nullus tibi ignotus erat vulnerandus, ne invideres, ut imprudenter incidisti in illos S. August. in Psal. 54. Et pleneque cum tibi videris odisse inimicum, fratrem odisti, & nescis.

CAPVT VI.

De Die Festo.

BARON V. **A** Quo (Sacro audiendo) eximit eos (Tamburinus) qui avidius lucro inhiant, quod illis periret, si ad Missam accederent.

Videamus nunc in germana doctrina Authotis, quantum claudicat hæc Impugnatio, ut vel puero perspicuum esse possit.

2. TAMB. Num. 5. Tertio excusatur à Missa ait lib. 4. in Dec. cap. 1. §. 2. n. 5. omne iustum, ac probabile periculum notabilis mali, vel amissionis boni, si ve timeatur damnum in vita, si ve in honore, si ve in bonis.

Et paulo post. Quod mihi canigit in Collegio Montis Regalis, cum eius Praefecturam gererem, ut Lectorem à serlia lectione tantisper avertam, breviter enarrabo. Emerat Collegij Procurator, ut stabulo provideret ex arca cuiusdam coloni non paucas palearum mensuras. Interim ergo, dum paratur mulio ad eas transportandas, incidit dies festus; quare à me Procurator exquisivit, an rusticus ille nosster, quem ad paleas custodiendas addixerat, obligandus esset ad Missam audiendam. Ego, si ve Religione Sacri talis, si ve damni securus, dixi, custodi indiceret, ut Sacro interesset. Addidi, tantum præceptum mihi videri non esse transgrediendum propter eas paleas, quamvis non exigui pretij, quæ difficultè, imò vix furto evant obnoxie, præsertim intra tam modicum tempus unius, vel alterius horula, quod in itin. reditu, Missaque consumendum erat. Ita igitur factum est. Verum quid deinde est consequutum? Eo temporis momento, quo longe absuit custos, ignis repente, nescio è quo loco vicino casu accensus, in arias paleas incidens, totas incendit, ita, ut cineret per aream suffusos, non iam paleas, imò ne palearum quidem pauculas reliquias invenerit, regressus ad custodiam post Missam famulus; qui statim me convenit, de infortunio docuit, factoque ipso me monuit, ne multum difficles, sed vero prudentes in similibus se exhibeant Confessarij.

4. Consideret hic Lector, an Tamburinus, qui tam religiosè iussit, famulum Missam non oppittere, sit censendus (ut blaterat tam immerito Baronius) cultum Religionis, virtutumque exercitium omnino tollere, & Orationis necessitatem fere negare. Ipse autem num. 7. seq. sic pergit.

TAMB. Num. 7. Sed redeo ad difficultatem posterio-

rem in titulo indicatam, an Missa omni tempore esse in die Festo propter lucrum, quod n. 1. esset, si Missa in eodem die festo propter lucrum notabile, possit vacare? Communis hæc mihi videtur opinio, quæ n. 1. adhibet servilibus vacare? ut affirmat de exceptione rationem de hac erit sententiam. Rationem n. 1. de doctrina ibidem proferemus.

6. Quoniam vero Autor se hic remittit ad ea, quæ infra dicturus est, ea nos, ne discedamus ante mysticam, hic tantisper sistamus, atque illa de nostro more producamus, ut, quam solida sit eius doctrina pernotemus.

TAMB. Num. 8. An scilicet damni gravis timor (ait lib. 4. in Decal. c. 3. §. 2. n. 8.) nobis concedit opera servilia, sic etiam concedat spes lucri notabilis. An scilicet, si, ne amittam vindemiam, possum die festo tam sancte, si etiam possum vacare labori, quo notabile mihi lucrum conquiram? De extraordinario lucro sermonem facimus, nam secus, cuilibet artificij pro diuturna mercede integram esset, laborare; quod ex hoc præcepto capite et nequaquam concedi, certum est. Respondeo, quavis Suarez, loc. cit. cap. 33 à n. 8. & Castropalao tom. 2. d. un. de festi observ. p. 1. c. n. 3. inclinent in sententiam negativam, tamen affirmativam sententiam esse probabilem. Ratio est, quia, ut notat rectè Diana p. 2. tr. 1. Miscell. rel. 34. fin. & Sanchez in consil. 5. c. 2. dub. 1. notabile lucrum amittere, grave damnum est. Adde, non esse existimandum, siam mater Ecclesiam velle obligare fideles ad rem oppido diffiniam, qualis est ob abstinentiam servilium amittere centum, ducentos, mille, plures aureos, quod certe consequenter dicendum, esset, si semel probabilitatem nostra sententia denegaveris.

Favet denique Pontifex, qui cap. licet de Friti consil. sit Hæc cum piscationem die festo (excipit festum filumia, sed non sub mortali, ut monet Sanchez, in consil. 1. §. 2. n. 4.) qua certo tempore nostra maria excurrunt. Favetque DD. Caiet. Navar. Sorus, aliique apud Sanchez, c. 2. n. num. 5, qui ex paritate cum distis hæcibus piscationem tymorum eodem festo, ne magnum lucrum amittatur, concedunt. Scio, hanc concessionem ab aliquibus tibi ad necessitatem, seu utilitatem publicam, ne villas omnium hæc deficiant, & ab aliis ad dispensationem; nam prope ea ibidem Pontifex imponit piscatoribus, ut dent aliam elemosynam pauperibus, vel Ecclesie viciniori. Verum ad prædicti lucri necessitatem ab aliis probabiliter illam reduci, nec ullam ex præcepto, sed solum ex consilio dandum esse elemosynam, etiam scio.

7. Notasti verba illa (Lucri notabilis. De extraordinario lucro sermonem facimus. Notabile lucrum amittere damnum grave est. Centum, ducentos, mille aureos vel plures amittere; Ne magnum lucrum amittatur, & nihilominus Baronius audeat reprehendere Tamburinum, quasi exemerit eos, qui avidius lucro inhiant, quæ certe verba ostendunt, quodlibet lucrum sufficere, cum avidius lucro inhiantes, vel paucos lucrari argueret, affectent. Verum Baronius dum invidiam evincit ad verum hominem innocentem, cuiusmodi penitulationis nil moratur.

CAPVT VII.

Repetitio aliquorum ex distis.

1. BARON. VI. **Q**uid putas alia præcepta curarum, qui parum profici habet omnium maximum Charitatis in Deum, Orationis, & Cultus Divini?

2. Hæc, ut in superioribus vidisti, manifestè ludibria falsæ veri soporis sunt, ex iis videlicet, quæ à porta ingiunt churinea; quæ tamen, quia vera sunt, ingiunt contra Tamburinum intorta, patienter ab ipso ferri, et eius vitæ probitas expolit; pro certo habere.

CAPVT